



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XCI. An ieunium in genere sit lege Diuina præceptum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

AD VI. Kemnitius aut fallitur, aut fallit trifariam. 1. Affingit Domino dictum hoc: Non esse filios nuptiarū legibus ad ieiunia adigendos: cum addiderit Dominus; *dum cum illis ponsus est*; quando gaudere oportet, non affigi ieiunios; post ablatum verò ieiunabūt, sc. ex præcepto hoc IEIUNABUNT. 2. Fingit testamentum vetus esse præceptum ieiunij, & hoc non affui *Nouo Test.* debere. Cum dixerit è contrà Dominus, *Nouum* non adfui debere *Veteri*: *Vti ibid. Vinum nouum non fundi in veteres veteres*: Et Nemo, bibens *vinum* *vetus statim vult nouum*. Proin S. Patres per *vetus* intelligunt Apostolos, tunc adhuc carnales & veteres; per *nouum*, præcepta euangelica, vt est de ieiunio; quod in *novo Test.* esse perfectum voluit Dominus, non imperfectum, *vti in Vetere Test. erat*. Vnde obliquè tangebat gloriantes in ieiunio legis veteris.

QVÆSTIO XCI.

An ieiunium ingenere sit lege diuina præceptum?

LUTHERANI: vt Kemnitius p. 4 Exa pag. 440. saterur ad testimonia & exempla ieiuniū in Scriptura, liberè fieri ieiunia posse. Quo negat esse præceptum. Sic &c ceteri.

CALVINISTAE, vt Calvinus Inst. 4.c. 12. a-iunt esse perniciösā superstitionem confundere ieiunium cum operibus à Deo mādatis: cū sit res per se adiaphora.

SVA DENT istis apud Scharpium in Cursu Theol. Sect. 26. quest. 3. Quia Traditiones humanae de rebus adiaphoris, verbo Dei contraria sunt; cū sine verbo Dei ad verū Dei cultum pertinere finguntur. Col. 1.2. Et cum sub præcepto conscientiae obligantur. Quia Dei voluntas est regula iustitiae: eaque sola

obligare conscientias potest. &c.
AVTOR. Ieiunium generatim sumptum habet diuinum præceptum; in particulari verò est ab Ecclesia determinatum. Ita S. Tho. 2. 2. q. 147. a. 3.

I. Ioelis 2. *Conuertimini in ieiunio*. Hoc mere morale est, non ceremoniale, non iudiciale; quia nil prafigerabat: proinde ad Ecclesiam pertinet omnium sæculorum: teste S. Leonefr. 4. de ieiun. 2. Mat. 6. *Tu autem cum ieiunias, vngē caput*: Modum ieiunandi tradidit sic, ut præsupponat esse ieiunandi ex præcepto; Sicut & Orādum; quod subiungit.

INSTANT Melanch. h̄c: Duplex ieiunium est: Sob. ia cibi sumptio; Et parva, aur nulla, quod deest vel cibus, vel appetitus: Ethos propriè est ieiunium Euangelicum, de quo Mat. 9. *Cum auferetur ab eis ponsus, tunc ieiunabunt*; sc. ex mārōre naufragabunt.

DICO: Vocabula *Cum innuit extraordinarium tempus ieiunandi*; non quotidianum. *Tu cum ieiunias*. Ibid. *Cum ieiunatis, nolite fieri tristes*. &c. quasi dicit aliquando ieiunabis, non quotidiū. At quotidiè & semper est præcepta: brietas. Neque ex ablato (pono tantus erat in coror Apostolis. Quia loc. vlt. *Sumebant cibum cū exultatione*. Ad. 14. *Deus implet cibo & latitiā corda noſtrī*, ait Paulus.

II. S. Patres afferunt diuinum ieiunij præceptum. S. Aug. epist. 86. *Testamentum nouum reueluens video præceptum esse ieiunium*. Quibus autem diebus oporteat ieiunare, præcepto Domini, aut Apostolorum non innuenio definitum. Addit Dominicis diebus, & à Pascha ad Pentecosten non ieiunari. At contra Melanchthonem hoc est: nam ijs diebus seruanda est & sumptio sobria cibi: & nemo

nemo cogit ad cibum etiam paruum,
qui non habet appetitum, aut cibum.

III. RATIO Suadet. Quia Ius naturae iubet penitentiam agere pro peccatis, temptationi resisterem, peccata viare: at qui potest evenire, ut quis nec per orationem, nec per elemosynam satisfacere posset: ergo tunc ieiunio tenebitur ad satisfactionem.

Non tamen ieiuniū est in Decalogo præceptum; qua hic pertinet ad Iustitiam; ieiunium vero non, sed ad temperantiam.

DICO AD I. Ieiunium cum sit in genere præceptum, & in se bonum; esse res adiaphora nequit, aut Dei Verbo contraria, cum adiaphora nulla ei aduersentur. De obligatione quæst. sequente.

QUÆSTIO XCII.

An lex Ecclesiæ possit ad ieiunium obligare in conscientia?

LUTHERANI & CALVINIANI; (sicut olim Eustathiani & Aeriani, teste Socrate l. 2. h[ist]r. 33. & Epiph[ani]s h[ist]r. 75.) periculiter negant.

LVTHERUS l. de libert. Christiana. Melanch. in Conf. Aug. 4. 26. Brentius in Confess. VVittemb. de ieiunio.

CALVINVS Inst. 4. 6. 12. Kemn. par. 4. Exam. Negant postea talem iuste ferri legem; ab alia quenquam obligari; nisi ratione Scandali; aut contemptus.

SVADENT ex historia antiquitatis. 1. Kemnitus pag. 589. De ieiunio Paschali voluerunt quidam cum Episcopo Romano leges ferre, opinionem necessitatis, sub excommunicatione, quando, quomodo esset ieiunandum. Sed Irenæus despont, Liberas, & dissimiles, esse illas oblationes, nec cogendam Ecclesiæ.

2. Calu. & Kemn. Montanus, teste Euseb.

hist. 1. 5. c. 17. primus tulit legem ieiunij. Et Tertullianus defendit libertatem Christianam contra Montanum; nouisque leges de ieiunio habuit pro heresi.

3. Spiridion, ait sozom. l. 1. c. 11. in quadagesima carnes apposuit hospiti suo, & comedit. Ergo ieiunium est res libera.

AVTOR. Legibus Ecclesiæ fidèles obligantur in conscientia ad ieiuniū.

1. S. Scriptura Veteris & Novi testamenti. Vide Antichristum p. 4. q.

INSTANT Kemnitius Exempla præcepti ieiunii Hebreorum referit ad κανονικιαν oportere.

AT Audax hoc & impudens est: nā Scriptura laudat filios Ionadab, Iere. 35. Mardochæum, Hest. 9. ob ieiunia instituta; Et illa quarti, quinti, septimi mensis, Zach. 8.

2. Quia sic docet Traditio; Canonesque Apostolorum, Can. 68. iubent non ieiunantē in quadagesima Clericum deponi, Laicum excommunicari.

3. Sic & plura Concilia, Sanctique Patres. Ut rectè affirmet S. Chrys. hom. 2. in Genesim, Quadagesimam infletere conscientiam Regum & Imperatorum omnium ad obedientiam. Unde ultima flagellante annonā Constantino poli Iustinianus alterā quadagesimā hebdomadā macellum aperuit: nemo tamen ē tanto populo velid intrasset; mors eis præ famæ; præ vtræq; præceptum fuit ieiunij.

3. RATIO euincit. Quia præfules Ecclesiæ possunt condere leges; patet p. 2. q. 70. suprà: at omnis vera lex actū virtutis non necessarium facit necessarium: talis est actus ieiunii iusta lege præceptus: ergo non necessarius est. Vnde peccata actus præcepti omisor,

